¶ Daniel q̄ accuſauit beel et dracō
nē nō eſſe deos miſſus fuit in lacum
leonū. Danielis. xiiij.
¶ Ex bonis et veris ſermonib9 ele
azar magis ſeruiebant in eū tyranni
ij. Machabeorū. vij.
¶ Herodes iohānem baptiſtā in car
cere incluſit et poſtea decollauit quia
veritatē dixit. Mathei. xiiij.
¶ Phariſei cecū a domino illumina
tū extra ſinagogā piecerūt quia ve
ritatē aſſeruit. Iohānis. ix.
¶ Principes ſacerdotū audiētes ver
ba aplor̄ de doctrina xp̄i cogitabāt
eos interficere ⁊ ceſis ipſis p̄ceperūt
ne amplius loquerētur ī nomine do
mini ihū xp̄i. Actuū. v.
¶ Stephan9 aūt ꝓpter veritatē quā
p̄dicabat lapidat9 fuit. Actuū. vij.
¶ Paul9 multa ꝑ veritate ſuſtinuit
Actuū. ix.
¶ Vnde ad galathas. iiij. inimicus
factus ſū vobis verū dicens.

¶ De viſione diuina.

Poſtq̄ exiuit abrahā de vrbe
caldeorum apparuit ei domi
nus multis viſionib9 et reue
lacionibus cōfortauit eū. Ge. xij. xv.
xvij. xviij. xxi.
¶ Apparuit ei domin9 in valle mam
bre ſedēti in oſtio tabernaculi in ipo
feruore diei. Geneſis. xviij.
¶ Yſaac relicta ī domo familia egreſ
ſus in agrū ad meditandū. Geneſis
xxiiij.
¶ Factus ē eſau vir magn9 venādi
et homo agricola iacob autē vir ſim
plex habitabat ī tabernacl̄. Ge. xxv
¶ Egreſſus iacob de terra ſua cū ſup
lapides dormiuit vidit ſcalam celū
tingentē angelos q̄ȝ dei aſcendētes
et deſcendentes. Geneſ. xxviij.
¶ Cū iacob rediſſȝ et ꝑtranſiuiſſȝ oīa
ſua per vadū iaboth et remanſit ibi
ſolus et ecce vir luctabatur cū eo.
Geneſis. xxxij.
¶ Moyſes cū minaſſȝ gregē ad inte
riora deſerti vidit ī rubo q̄ ignis ar
deret et non cōbureretur. Exo. iij.
¶ Vocauit domin9 moyſen vt mon
tē aſcenderet ⁊ ibi legē et p̄cepta ei
tradidit. Exo. xix.
¶ Iethro vidēs moyſen occupatum
ad iudicandū ꝑplm ait ſtulto labore
cōſumeris et tu et ꝑpl̄s iſte qui tecū
eſt ⁊c. eſto ꝑplo tu ī hijs q̄ ad deū ꝑ
tinent. Exodi. xviij.
¶ Deus moyſi facie ad faciem locu
tus ē vt amic9 amico. Exo. xxxiij.
¶ Moyſes fuit cū domino. xl. dieb9
et xl. noctib9 aquā nō bibit nec pa
nē cōmedit. Exo. xxxiiij.
¶ Ait domin9 aſcēde ad montē iſtū
abarim cōtemplare in terrā quā da
turus ſū filijs iſrl̄. Nu. xxvij.
¶ Samueli in tēplo dormienti locu
tus ē domin9. i. Regū. iij.
¶ Helye fugiēti ieſabel oſtēſū eſt q̄
domin9 nō erat in ſpū grandi nec ī
cōmocione nec in igne ſed in ſibulo
aure tenuis. iij. Regū. xix.
¶ Poſt tribulacōes q̄s ſuſtinuit da
uid ait pſalmo. liiij. quis dabit mihi
pēnas ſicut colūbe et volabo et req̄
eſcam Et ſubdit quō ille pēne debēt
acquiri dicēs ecce elongaui fugiens
¶ Ezechiel in medio caldeorū capti
uus vidit viſiones dei. Ezech. i.
¶ Danieli orāti per noctē in domo
regis babilonis. Daniel. ij.
¶ Sup cuſtodia mea inquit abacuc
ſtabo et figam pedem meum ſuper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mumcıonem et cōtemplacionē vt vi
deam quid dicam aut quid reſponde
am ad arguentem me. Abacuc. ij.
¶ Saluator noſter aſcēdit in mōtē
ſolus orare vbi cōtemplatores tumu
ltuātes turbas fugere docet. mat. xiiij.
¶ Ingreſſus zacharias in tēplū dn̄i
vt incenſū poneret vidit angelū ſibi
filiū naſciturū nūciantem. Luce. i.
¶ Diſcipuli dn̄i oracione et cōtēpla
cione vacantes ſpiritū ſanctū recepe
runt. Actuum. ij.
¶ Paulus ſeuiēs in xpianos cecidit
et excecatus eſt deinde p triduū ieiu
nans et orās viſū recepit. Actu. nono
Ac poſtea raptus vſq; ad tercium
celum vidit que non licet homini lo
qui. ij. ad. Corin. xij.
¶ Cū hoſpitaretur petrus in domo
ſimonis coriarij aſcendit in ſuperio
ra domꝰ vt oraret et familia inferius
exiſtente et ibi reuelatū eſt ſibi ꝙ
gentiles non eſſent a p̄dicacione ex
pellendi. Actu. x.
¶ Sanctus iohannes a tumultu ⁊ c
forcio mundi ſequeſtratus cū in path
mos inſula exulauit reuelauit ſibi do
minus ſecretū celeſtia. Apocalip.
¶ De vnitate et concordia.

Ex hoie vno ōes homines deꝰ
produxit. Ge. ij.
Ut in eis vnitas continua ſer
uaretur ꝙ dū vnꝰ fuit peccatū non
cōmiſit ſed multiplicatus cito delīqt
Gene. iij
¶ Populꝰ iſrahel vnanimis fuit ad
recipiendā legem. Exo. xix.
¶ Inuaſit timor dn̄i ppl'm et egreſſi
ſunt quaſi vir vnus ad ſuccurrendū
fratribꝰ ſuis in iabes galaad obſeſ
ſis. ij. Regum. xi.

¶ Conuenit ad ſalomonē vniuerſus
iſrahel et tunc fuerunt archa et vaſa
ſanctuarij in templū delata et ipſius
templi dedicacio ſollempniter celebra
ta. iij. Regū. viij.
¶ Cōgregatus ē populus quaſi vir
vnꝰ in iheruſalem ad reedificandum
templū qđ a rege babilonis fuit deſ
tructum. i. Eſdre. ij.
¶ Et cōgregatus eſt ppl's q̄ſi vir vnꝰ
et dixerūt eſdre vt afferret librū le
gis. Neemie. viij.
¶ Cū expoſuiſſet achior ōnia q̄ dix
iſſet holoferni omnis ppl'us cōmuni
lamētacione et fletu vnanimes p̄ces
dn̄o effuderūt. Iudi. vi.
¶ Poſt aſcēſionē dn̄i diſcipuli erāt
perſeuerantes vnanimiter in oracio
ne. Actu. i.
¶ Et venit ſup eos ſpūs ſcūs. Act. ij
Omnes qui credebāt erant ſimul
et ōnia habebāt cōmunia vnanimiter
perſeuerantes in templo. Act. ij.
¶ Punitis anania ⁊ ſaphira vxore e
ius factꝰ eſt timor magnꝰ in vniuer
ſa eccleſia et erāt omnes vnanimiter
in porticu ſalomonis. Actu. v.
¶ De voto.

Iacob pergens ad auunculū
ſuum laban votū vouit dicēs
ſi fuerit dn̄s meū. Ge. xxviij.
¶ Rex arad pugnauit cōtra iſrł et
victoriā obtinuit ac iſrł voto ſe obli
gauit dn̄o et pꝰea vicit eū. Nu. xxi
¶ Iepte pugnaturus cōtra filios amō
votū vouit dn̄o dicēs. Si tradideris
filios amon in manꝰ meas. Iudi. xi.
¶ Orauit anna dn̄m flens largiter ⁊
votū vouit dicēs dn̄e exercituū ſi de
deris michi ſexū virilē. i. Re. i.
¶ Abſolō volēs patri rebellare dixit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf